

e Sit ipso iure nullum.] Hanc opinionem amplectitur Bart. ad l. 7. ff. de testam. nu. 12. Aret. num. 2. Paul. n. 9. Gomef. de test. c. 11. uu. 10. Corn. consil. 150. nu. 1. contraria vero sententiam, hoc nimirum casu testamentum pro inofficiosi querela expugnandum defendi t. Ign. Auth. ex causa. Vigil. & Steph. Bod. in rubr. Instit. de inoffi. testam. Goucan.

f Exheredatione.] Quid si in vno testamento institutus sit Titius, & in alio exheredatus, quod non valeat talis exheredatio decidit Ang. Aret. in §. 1. Instit. quibus mod. testa. in fir. nu. 4. Et quid si confertur exheredatio, vel priuatio hereditatis post ius quaesitum, puta testator instituit Titium heredem suum, qui si testatoris uxorem molestauerit in tali relicto, priuatur eius hereditate: vide, & dic, vt per Ang. de Aret. vbi supra nu. 5. Et quid si in eodem testamento testator instituit filium suum, & in eodem testamento sub conditione exheredatur, quod valeat testamentum, & sub contraria conditione censetur institutus, decidit Angel. Aret. eodem §. primo, num. 3. Item an exheredari possit filius nubens inuito patre, vel alientis priuari: vide per Riminald. iun. in conf. 133. Giachar.

g Aut talis causa inserta non probatur ab herede. ] Si causa ingratitudinis in testamento, siue exheredatione inserta, ab herede non sit probata: valet quidem testamentum, cum in forma peccati non sit: sed per querelam inofficiosi testam. rescinditur, vt post Clarum nostrum, & alios, tradunt Gomef. d. tom. 1. var. resolut. iur. ciuil. cap. 11. nu. 10. Francisc. Mantic. de coniect. vltim. volunt. d. lib. 4. tit. 11. num. 35. Grassius d. §. testamentum. q. 41. num. 3. & Pifo d. c. 9. num. 6. vbi illud obfermandum subiicit; quod quamuis si neque locum, neque tempus commissae ingratitudinis exprimi in testamento sit necessarium; haeres tamen, & locum, & tempus probare debeat, pernotata Alexandri cog.

filium meum, quia noluit dare opera litteris, vel huiusmodi tenendum est, quod etiam eo casu testamentum sit ipso iure nullum, & consequenter, quod non sit opus querela. Paria enim sunt quid non fieri, vel minus legitime fieri neque potest dici seruatum esse formam a lege traditam: ex quo talis forma laborat vitio repugnante ipsi legi. Et ita communiter tenetur, vt ait Imol. in l. 1. nu. 6. ff. de testam. & in d. l. filio praeterito, nu. 30.

4 Quandoque pater in exheredatione appositam causam legitimam, & tunc est etiam distinguendum. Aut enim talis causa est vera, quia scilicet haeres institutus probat illam esse veram (& hic est tertius casus) & tunc valet exheredatio & frustra tractamus, an hoc casu sit locus querelae, quia cum testamentum valeat, & exheredatio ipsa iuris dispositione foueatur, inanis esset querela, si per filium proponeretur.

5 Aut talis causa inserta non non probatur ab herede, (& iste est quartus casus) & tunc bene valet ipsa exheredatio, ex quo non laborat defectu formae a lege traditae, sed potest deinde per querelam testamentum ipsum, tanquam inofficiosum, rescindi. Et haec conclusio est clara, & per omnes approbata, vt dicit Curt. Iun. in dict. Authent. ex causa post nu. 42. vers. alias duas. Et ita communiter teneri attestatur Imol. in d. l. nu. 6. ff. de test. Corn. consil. 158. in litt. T. la prima, lib. 2. et cons. 225. in littera E. libro 3. Hanc etiam dicit esse communem Alex. in d. Auth. ex causa, nu. 2. Ias. in d. Auth. ex causa, post num. 18. Et sic nota, quod ad hoc, vt exheredatio valeat, duo necessario requiruntur. Primum, quod causa legitima nominatim inferatur in testamento. Secundum, quod ipsa causa ab herede probetur: & hanc dicit communem conclusionem Curt. Iun. in Authent. non licet, nu. 17. C. de lib. praeter. & hic habet causam, in quo negatiua est fundamentum intentionis, & tamen non debet probari: de quo tamen articulo vide, quae dixi infra, lib. 7. §. probat. Sufficit enim filio si

dicat testamentum paternum, in quo ipse est exheredatus, esse inofficiosum, & causam ipsam exheredationis non fuisse ueram. Nam si haeres non probauerit illam esse veram, exheredatio non valebit, & consequenter testamentum ipsum corruet, tanquam a demente, & insano conditum. Hoc tamen quod dixi secundum communem opinionem exheredationem non valere, nisi causa probetur, intellige, vt procedat, quantum ad hoc, vt exheredatio sustineatur, si testamentum per querelam impugnetur. Nam ad hoc, vt iure valeat, sufficit, quod causa ipsa legitima nominatim inserta sit, licet non probetur. Ita dicit glo. 1. in l. 1. in gl. 1. in fin. ff. de test. & est communis sententia, vt dicit Aret. in eal. 1. col. 3. vers. in ea gl. ibi, et col. 4. vers. sic. Sed consequenter.

Neque putes modicam utilitatem in hoc versari, an scilicet testamentum reddatur ipso iure nullum, an autem sit impugnandum per querelam, quia haec differentia maxime est effectus. Si enim testamentum est nullum, filius habet spacium 30. annorum ad dicendum ipsum nullum. Communis est enim conclusio, quod ius dicendi nullum minore tempore spatio non praescribitur, vt dixi infra l. 7. §. praescriptio. Si vero testamentum valet, sed per querelam rescindendum, certum est, quod querela non durat, nisi quinquennio, vt est in iure notissimum.

6 Sed quero, numquid haec conclusio, quae habet, quod iniuste exheredatus possit testamentum paternum rumpere per querelam inofficiosi, habet locum etiam in testamento militis? Respon. quod quidquid esset de iure antiquo, hodie proculdubio, etiam contra testamentum militis habet locum querela. Ita tenet glof. in fin. in verbo, testam. C. de inoffi. testam. & est communis opin. vt dicit Alex. in l. Centurio, n. 50. ff. de vulg. & ideo, si pater miles testans de bonis castrensibus praeterat, vel sine causa exheredet filium in potestate, hodie eius testamentum subiacet querelae. Et hanc dicit esse communem opin. Imol. in d. l. filio praeterito, nu. 32. in fin. de iniust. rupto. Alex. in d. Auth. ex causa, nu. 5. Bouer. in §. illis autem, nu. 7. Instit. de test. milit.

7 Item quero, quid in filio emancipato, an & ipse, si sine causa, vel cum causa, quae deinde non probetur, fuerit exheredatus, poterit dicere testam. nullum, vel illud per querelam inofficiosi rescindere? Resp. quod sic: nam hodie quoad exheredationem inter filios emancipatos, & filios in potestate, nulla est differentia. Et haec est communis opinio, vt attestatur Curt. Iun. in d. Auth. ex causa, nu. 43.

8 Vltius quero, quid in legitimo? dixi infra, q. 48.

9 Quero etiam, quid in filia per statutum exclusae? dixi infra, q. 42. vers. Item quero.

fil. 203. num. 9. volum. 2. Socini senioris conf. 105. in fin. volum. 3. Iason s. in Authentic. non licet, num. 12. C. de lib. praeterit. & Francisc. Mantic. d. lib. 4. tit. 12. num. 34. Harprec.

h Non debet probari.] Olim quidem tenebatur filius exheredatus agens de inofficioso, probare testamentum inofficiosum, & sic sine causa fuisse exheredatum: hodie vero secus, cum magna sit praesumptio pro filio aduersus patris exheredationis testamentum, quae in heredem transfert onus probandi causam exheredationis fuisse iustam: vt tradit Didac. libr. practice. quaest. capit. sexto, & dixi in collect. mea com. opin. in verbo exheredatus. Giachar.

i Quid in filio emancipato.] Ecquid si filius emancipatus, si sine infertione cause, vel cum causa, non tamen probata, sit exheredatus, testamentum nullum dicere, vel illud per querelam inofficiosi rescindere queat, post alios, quos allegant, late declarant Gomef. d. c. 11. num. 34. & Grass. d. q. 41. n. 11. Hucque conferunt etiam, quae annotatiuimus in §. emancipatos. 3. Instit. de exhered. liber. Harprec.

QVAE-

QVAESTIO XLI.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Quaesint causae in iure expressae, propter quas filius potest a patre exheredari.
2 Et an propter alias similes, vel maiores expressis.
3 Et an propter iniuriam verbalem patri illatam.
4 Et an ex eo, quod filia sine patris consensu alicui nupsit.
5 Et an eo casu teneatur pater illam dotare.
6 Et an ex eo, quod filius vasalli domnum offenderit.
7 Et an si pater sit prodigus poterit mater filium exheredare, ne patri quaeratur vsufructus.
8 Et quid si filius post commissam ingratitude causam, factus sit furiosus, nunquid poterit adhuc a patre exheredari.
9 Et an secundum ius nouissimum possit filius posthumus a patre exheredari.

Ex Additionibus.

- 1 Quot sint causae in iure expressae, ob quas filijs a parentibus possunt exheredari.
2 Prima exheredationis causa.
3 Filij semper honesti, & sancti debet esse persona patris.
4 Quo casu liberi parentibus manus licite inferant.
5 Quid iuris, si liberi manus saltem aduersus parentes leuasse dicantur.
6 Interpretatio extensiuua in materia odiosa locum non habet.
7 Secunda exheredationis causa.
8 Liberi parentes honore, non contumelia, afficere debent.
9 Qualis hic iniuria intelligatur.
10 Grauis iniuria verborum aequiparatur verberibus.
11 Tertia exheredationis causa.
12 Quibus in causis liberi parentes accusare possint.
13 An liberi sint exheredandi, si in criminalibus testimonium dixerint, aduocatum egerint, aut sententiam tulerint aduersus parentes.
14 Quarta exheredationis causa.
15 Malefici, qui hoc loco intelligantur.
16 Medici Empirici maleficis annuuntandi.
17 Quinta exheredationis causa.
18 Non potest maior esse ingratitude, quam illius vitae aliquem insidiari, a quo vitam accepit.
19 Sufficit ad exheredationem, filium parasse venenum, enim non secuto homicidio.
20 Sexta exheredationis causa.
21 Pruiigni cum nouerca consuetudo incestuosa est.
22 Filius concubinae patris uxorem ducere nequit.
23 Septima exheredationis causa.
24 Liberi debent parentes defendere, non ijs per delationem damnatum aliquod inferre.
25 Octaua exheredationis causa.

ADDITIONES.

Videndum est, quae sint illae causae, propter quas filius potest a patre exheredari. ] Iustinianus Imperator enumerat causas quatuordecim, propter quas filij a parentibus exheredari possunt. Nouell. 115. cap. 3. §. 1. & sequentibus. Quarum prima haec est: si liberi parentibus manus intulerint. Huiusque causae duplex assignati ratio solet: tum quia filijs debet esse persona patris. l. liberto. 9. ff. de obsequijs parentibus praestand. tum quia hac ratione parentum illi inimici, non liberi esse intelliguntur. Proinde nisi hanc iniuriam parentes in testamento vindicent, Magistratus vindicare debet, l. 1. §. si filius ff. dict. tit. Nouell. 22. capit. 2. Exod. capit. vigesimoprimum, versic. 15. Leuit. capit. 20. versicul. 9. Excipiunt tamen casus, 4 quo liberi, vel ob defensionem sui, vel patriae, parentibus manus inferunt, argum. l. vt vim. 3. ff. de iustit. & iur. l. scient. Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

- 26 An, & quatenus filius es alienum patris exoluere teneatur.
27 Nona exheredationis causa.
28 Liberis hereditas aufertur, si patres suos testari prohibuerint.
29 De cima exheredationis causa.
30 Nichil honesti parentibus solet accidere ingratis, quam si vident liberos suos inhonestis consortijs delectari.
31 Undecima exheredationis causa.
32 Turpis, & luxuriosa vita meretur exheredationem.
33 Si filia 25. annum exceiserit, & parentibus ei honestam nubendi conditionem non quaerentibus, in corpus peccauerit, non poterit exheredari.
34 Num filius sine patris consensu nuptias contrahens, exheredari possit.
35 Feminino sermone sex masculinus non continetur.
36 Duodecima exheredationis causa.
37 Si liberi curam furiosi parentis nullam habuerint, postea sanitate recepta, iure exheredantur.
38 Decimatertia exheredationis causa.
39 Liberi, parentem captiuum ab hostibus non redimentes, ab eo reuersi iuste possunt exheredari.
40 Decimaquarta exheredationis causa.
41 Liberi haeretic patri nullo modo succedunt.
42 Num exheredatio ob causas similes, siue grauiore in Nouell. 115. c. 3. expressis fieri possit.
43 Verbi tenaciter adhaerendum.
44 Sermo vniuersalis, maxime negatiuis coceptus verbis, vniuersali er intelligendus.
45 Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis.
46 Absurdum est aliquem velle sua priuata interpretatione deliberationem Imperatoris subuertere.
47 In illis, quae forma nomine praescripta sunt, nihil mutare licet, etiam si maior ratio in casu omisso interueniat.
48 Ad obiecti onem respondetur.
49 Odiat interpretatio restringenda.
50 An vasallus ob similes, vel grauiore causas feudum amittat.
51 Ecquid filius furiosus ex causa ingratitude, ante furorem commissae exheredari possit.
52 Quid, si filius viuo patre, & ante conditum testamentum egerit poenitentiam.
53 Poenitentia non tollit poenam.
54 An, & quatenus exheredatio locum habeat, si filius patri reconciliatus fuerit.
55 Exheredationis praecipuus finis quis.
56 Culpa expressio in testamento nominatim facienda.
57 Nouissima voluntas sequenda.
58 Intellectus l. filio, quem pater 23. ff. de liber. & posthum. haereditibus instit.
59 Posthumus an hodie exheredari possit.
60 Nulla exheredatio sine elogio procedit.
61 Appellatione liberorum etiam posthumum continentur.
62 Quatenus olim posthumus potuerit exheredari.

dum. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad l. Aquil. l. in minimis. 35. ff. de religiof. & sumpt. funer. l. si quis percussorem, 3. C. ad l. Cornel. de ficarijs. Ripa in l. final. C. de reuocand. donat. quaestio. 19. Couarruu. in cap. Raynutius 16. in princip. num. 9. extr. de testam. vbi plures citat. Illudque fusius exposuimus ad §. Itē lex Cornelia, de ficar. 5. numero 203. Instit. de public. iudic. At quid dicendum, si haberi parentibus manus non intulerint, eosve percusserint: sed manus saltem aduersus eosdem leuasse proponantur. Et cum Iustinianus expressē requirat verberationē, ac realē manuum iniectionem. d. Nouell. 115. c. 3. §. 1. ibi intulerit satis inde apparet, quod conatus, siue leuatio manus non sit sufficiens exheredandi causa. Quo facit etiam ratio: quod interpretatio extensiuua hic, vt potē in materia odiosa exulare iubeatur, arg. l. si praef. 32. in fin. & in l. interpretatione 42. ff. de pen. cap. odia. 15. de regul. iur. in 6. Tametsi contrarium consulerit Gædd. consil. Marpurg. 28. vol. 2. vbi num. 121. & 134. subiungit



jungit ; quod licet manus leuatio non contineatur sub hac prima causa, contineatur tamen sub secunda, de qua mox distendum.

7 Secunda exheredationis causa est: si grauem, & inhonestam iniuriam liberi parentibus ingesserint. dicit Nouell. 115. cap. 3. §. 2. Liberi enim parentes honore, non contumelia afficere debent, iuxta quartum decalogi preceptum. Intelligitur autem iniuria verbalis. Tum quia hoc arguit verbum, ingesserit. Sic ingeram mala multa, hoc est, maledicta, inquit Terentius, & Plautus. Et in codice Holoandri legitur, atrocem, & indecentem contumeliam ingesserit. Tum quia praecedens causa de iniuria reali concepta est. Ita argumentatur Alex. consil. 202. libro 2. num. 1.2. & 3. dum scribit: quod ista verba, d. cap. 3. §. 2. exemplificanda sunt in graui iniuria verbalis, non autem in actu vulnerandi, aut suscipiendi: quia haec sub prima causa comprehenduntur. Tum quia intellectum hunc vrget versiculus glossae: Si patrem ferit, vel maledicat ei. & magis aperte Iohannis de Platea: Parentes feriat, vel verbum si graue dicat. Tum denique idem euincitur ex d. l. 1. §. 2. & 3. ff. de obseq. parentibus, & patron. praestad. ubi Vlpianus iniuriam verbaalem a reali perspicue distinguit. Non ergo dubitandum est, quin grauis, & inhonesta verborum iniuria (puta si quis parentem appellauerit proditorem, &c.) sit sufficiens causa exheredationis.

10 Etenim grauis iniuria verborum aequiparatur verberibus, praecipue illata patri cui iure diuino, & humano summus honor, summaque reuerentia debetur, vt eleganter ait Clarus noster hic numero tertio. Ceterum perperam nonnulli hanc causam generalem esse opinatur, sub qua omnes alias, etiam d. Nouell. 115. cap. 3. Non expressa, comprehendit nequeant. Menoch. libro 2. de arbit. Iud. qq. centur 3. ca. 267. numero sexto, alique per hunc relati. Tum quod sic vnam, vel tresdecim, non quatuordecim causas posuisset Iustinianus: qui tamen hanc ipsam a reliquis separare, & in numerum 14. causarum referre voluit, tum quod sic nihil profus noui introduxisset. Illud vero bene dicitur, hanc causam accipiendam esse de eiusmodi graui iniuria, quae per se talis sit sua natura, & in abstracto, non autem relatione ad parentes: cum horum respectu quaevis iniuria talis sit. l. praetor edixit, 7. §. finali, ff. de iniur.

11 Tertia causa exheredationis est: si liberi parentes in criminalibus causis accusauerint. Quia tum officio liberorum

12 depositio, inimicorum officio funguntur. Excipiuntur tamen ex causa, quae Principem, & Respublicam concernunt. d. Nouell. 115. d. cap. 3. §. 3. Vnde Constantinus Garmenopolis asserit, liberis posse parentes suos accusare laesa Maiestatis, lib. 1. Epitom. tit. 6. Porro cuiuslibet filium aduersus patrem impune agere, iusque suum per sententiam obtinere posse, non dubium est, argum. l. nullus, 55. l. factum, 155. & l. qui in ius, 177. in fine, ff. de regul. iur. l. iniuriarum 13. §. 1. ff. de iniur. l. prohibere, 3. §. plane 4. versic. hoc ita verum est. ff. quod vi, aut clam. etiam pater fortassis dicat, inique contra se iudicatum esse. Id enim non filio, sed iudici imputandum erit. l. argentiarius 10. §. cum autem 3. ibi, aut de Iudice quae est de edendo. V. con-

13 filio 29. numero 62. Quid tamen si liberi in criminalibus sponte dixerint testimonium, aduocatum uegerint, aut iudicis personam sustinentes, sententiam iniquam per imperitiam tulerint aduersus parentes: Nunquid propterea exheredari poterint? Et licet id adstruat, post alios a se citatos, Didacus, Couarruu. in dicto capit. Raynuius 16. in princip. numero vnde decimo de testam. & Gilchenius in Authentica non licet, numero 23. C. de liber. praeterit. contrarium tamen veritati magis accedit. Tum quia Iustinianus hanc, ceu legitimam exheredandi causam, non expressit in dicto Nouell. 115. cap. 3. §. 3. Tum quia accusasse non dicitur, qui testem egerit, secundum glossam in l. qui, cum maior. 14. §. accusasse 8. ff. de bonis liberor. vel aduocatum, dicta l. 14. §. si patroni, 9. ff. eod. l. inter officium 54. ff. de rei vendic. vel Iudicem Andreas Gherard. de testam disp. 5. th. 27. in fine.

14 Quarta exheredationis causa est: si liberi cum maleficis hominibus, vt malefici versentur. Non enim sufficit, vt quis in itinere, aut hospitio inter maleficos reperiat: sed necesse est, vt inter eos sit latrocinij societas, dicit Nouell. 115. cap. 3. §. 4. & facit Nouell. 22. cap. 15. §. si igitur, versic. aut latrocinij sectantem vitam, &c. & l. vna passam, 39. §. mulierem 4. ff. ad l.

15 Iul. de adulter. Malefici tamen hic non quini malefactores in genere, sed proprie illi intelliguntur, qui incantationes, vel magicas artes, aut veneficia peiuciose exercent, vt docet Couarruuas in dicto capit. Raynuius 16. in princip. numero duo decimo de testam.

16 Quibus non immerito annumerantur Empirici illi Medici, qui conceptis precum, & verborum formulis, deperditam sanitatem recuperari iactant, vaneque gloriantur. Eiusmodi siquidem incantationes, admurmurationes, & insurrectiones, Vlpianus quoque Iuriscōsultus non obscure damnat. l. 1. §. medicos 3. ff. de extraordin. cognitionibus. Quin & Imperatores palam isthaec remedia exterminant. l. eorum 4. C. de maleficis, & Mathematicis. Canones vero ab Ecclesia consortio segregant eos, qui in collectionibus herbarum carmina dicunt. quae characteres aegrotis ad sanandum apponunt, Canon. nec mirum. 14. §. ad haec omnia, cauf. 26. quaestione prima, Canon. illud 6. cauf. 26. quaestione 2. Can. admoneant, 15. & sequent. d. cauf. 26. q. 7.

17 Quinta exheredationis causa est: si liberi vitae parentum suorum per venenum, aut alio modo insidari tentauerint. dicit Nouell. 115. cap. 3. §. 5. Haud etenim maior potest esse ingratiudo, quam illius vitae aliquem insidari, a quo vitam accepit. Vnde Orestes apud omnes mortales laudem, & gloriam sempiternam consecutus dicitur, quod illum occidisset, qui prius patrem interfecerat, referentem Dom. Obrechtō disput. 20. the. 703. Notanter autem Iustinianus ait, tentauerint. Quoniam filium parasse venenum, etiam non secuto homicidio, sufficit. Nam & l. Pompeia de parricid. & l. Cornelia de ficarijs, talis tenetur, l. 1. in fin. ad legem Pompon. de parricid. l. eiusdem 3. ff. ad l. Cornel. de sicat. Couarr. ad d. c. Raynuius 16. num. 13. extr. de testam.

20 Sexta exheredationis causa est: si filij nouerac suae, aut concubinae patris se immiscuerint, dicit Nouell. 115. cap. 3. §. 6. Priuigni namque cum nouerca consuetudo incestuosa est. leg. ne filii 17. C. de nupt. Et tamen concubinae patris consuetudine filius in tantum abstinere debet, vt nec vxorem eam ducere, si maxime velit, possit. l. liberi 4. C. eod. tit. Istius quoque delicti sit mentio in l. Diuus Hadrianus, 5. ff. ad l. Pop. de parricid. 2. Samuel. 16. v. 22. & 2. Reg. 12. v. 11.

23 Septima causa est: si delatores contra parentes, extiterint filij, & hac delatione sua grauiam eos dispendia fecerint (sustinere, dicit Nouell. 115. cap. 3. §. 3. Debent enim liberi parentes defendere, non vt offendantur, anam praebere. Hucque pertinet

24 textus in l. si quis a liberis. 5. §. Idem Iudex 11. ff. de agnoscer. & alend. liber. ibique Accursius. Quantum vero dispendium illud esse debeat, Iudicis arbitrio relinquitur, argum. l. 1. §. vltim. ff. de iur. deliberand. cap. de causis. 4. extr. de offic. & potest. Iudic. deleg. Ripa in l. fin. quaestione 24. C. de reuocand. donatio. Couarruu. ad dictum cap. Raynuius 16. numero decimo quarto, versic. sexta, &c. Quid igitur, si aliter, quam per delationem, graue dispendium parentibus a liberis inferantur? Cum textus in d. Nouell. 115. cap. 3. §. 7. vt inique coniungat. nec delationem absque dispendio, nec dispendium absque delatione sufficere, non absurde qui piam dixerit. Gerhardus praedicta disput. 5. the. 31.

25 Octaua exheredationis causa est: si liberi masculi (ad quos hoc singulariter restringitur) pro parentibus, carcere inclusis, fideiubere recusauerint. dicit Nouell. 115. cap. 3. §. 8. Nam etiam filius non cogitur aequali patris exoluere, l. prima, tot. titulo. C. ne filius pro patre, &c. Tamen ubi parentem in vincula conijci videt: certe omnia potius sustinere, quam illud pati debet. Atque hoc non solum de patre, ob debitum pecuniarum incarcero, sed de omni etiam, qui sub fideiussoris relaxari potest, exaudiendum erit. Tum quia Imperator in dicto §. octauo simpliciter vitur verbo, inclusum. Tum quia subdit pro persona, vel pro debito. Tum quia vanus exheredationis metus infertur ab eo, qui totus obaratus detinetur. Diligenter autem notandum, quod Iustinianus in dicto §. octauo, addit haec verba, petiti ab eo, vel vnus ex his in sua eum noluerit fideiussione suscipere, &c. Ex quibus non difficulter colligitur: ad hanc exheredationis causam iustificandam necessum esse auxilium fuisse a filio petatum, & tamen patri denegatum, vt concludit, V. consilio vigesimo nono, numero quinquagesimo quarto.

27 Nona exheredationis causa perhibetur: si liberi parentes suos testari prohibuerint. Quod si ex hac causa parentes filium non exheredauerint, vt pote quia postea nunquam eis contigit posse facere testamentum: nihilominus tamen ei tanquam indigno hereditas auferitur, & filco vindicatur dicta Nouell. 115. cap. 3. §. conuictus

28 Quod si duo fuerint fratres, & alter parentem suam mentem suam declarare impediit, testibus aditum interclusit, solemniter peragere verucri: alter vero maluerit hereditatem patris testamento capessere, neque libertatem testandi remoratus fuerit: suam vitalem portionem capiet, & illius perueritas nihil huic nocebit. l. si quis dolo. 2. §. 1. ff. si quis aliquid testari prohib. Ceterum si filius, patre viuente, pacificatur de hereditate patris, eo non consentiente: ex hac causa non poterit exheredari, vt ex Purpurato in l. si. C. de pact. nu. 18. notat Couar. ad cap. Raynuius 16. in princip. num. 14. in fine de testam.

29 Decima exheredationis causa est: si praeter voluntatem parentum liberi starenarijs, vel mimis coniuuerint d. Nou. 115. c. 3. §. si praeter. 10. Quia tamen honestis parentibus solet accidere ingratius, quam si videt liberorum suos in honestis delectari consortijs. Nec immerito. Quales enim sunt ijs, quibus cum liberi versantur, tales & ipsi proculdubio fieri, & tales quoque parentes a pluribus iudicari solent. Dn. Obrecht. disp. th. 711. & seq.

31 Vndecima causa censetur: si filia, aut nepus parentibus, maritum & dotem congruam offerentibus, non conserint, sed luxuriosam vitam degere maluerit. Turpis tamen vita exheredationem meretur. d. Nou. 115. c. 3. §. si alicui 11. leg. si filiam 19. C. de inoff. test. Nam etiam filia impune nuptias a parentibus oblatas detrectare possit. cum te pietatis 18. & l. filia 20. C. tit. id tamen ea de causa nequit, vt luxuriosam potius vitam ligat. Hanc etenim vitam si coniugali praeterit: recte, vt ingrata, exheredationis fulmine feriri poterit; nec ei querela inofficiosa competit, d. l. si filiam, 19. C. eod. Quod tamen si vero illa viginquinque annos excesserit: & dum parentes ei honestam nubendi conditionem non quaerunt, forte in corpus iam semel atque iterum peccauerit: non poterit exheredari; cum non sua culpa, sed parentum id commississe cognoscatur d. Nouell. 115. c. 3. §. 11. vers. si vero vquam Authent. sed si vlt. inde desumpta. C. de inoff. test. Ceterum si filia non clam, sed palam turpiter & flagitiose, adeoque more meretricis vixit; merito exheredabitur, d. l. si filiam 19. C. eod. Et ita sentit quoque Clarus noster hic num. 4. Verum de ista exheredandi causa susus dissertat Petrus Gilkenius in Auth. non licet, C. de liber. praeter. num. 26. & seqq.

3 At quid, si filius sine patris consensu contraxerit; nec idcirco exheredari poterit? Et verisimilius est, eum, siue maior, siue minor sit viginquinque annis, istam ob causam exheredari non posse; eo quod totus dictus §. 11. de filia duntaxat sit conceptus. Feminino autem tamen sermone sexum masculinum comprehendit, exemplo pessimum est, l. si ita scripta 45. in princip. ff. de legat. 2. l. eius 81. in princip. ff. de legat. 3. §. add. ad l. 1. num. 61. ff. de verborum significatione. Excipiendus tamen videtur casus, quo filius ad turpem & inhonestam personam se applicauerit, l. 3. §. si emancipatus 5. ff. de bonor. poss. contra tabulas, d. Nouell. 115. cap. 3. §. 4. & 10. Et ita in terminis tradunt Baldus Nouellus in tract. de dote parte 6. priuileg. 16. num. 6. Ioan. Borchart. in tract. de gradib. pag. mihi 70. 3. rasius lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quaest. 42. num. 6. Josephus libro 2. de nupt. num. 16. Brunell. in tractat. de sponalibus consilio 17. numero secundo. Emanuel Soares in theatr. receptar. sentent. littera F, numero 285. pluresque alij, quos congressimus ad principium tituli. Instituit. de nuptijs, numero 43.

3 Duodecima exheredationis causa est: si liberi parenti furioso curam competentem non praebuerint. Et certe, tamen filius, vel filia curam furiosi parentis nullam habuerit; postea auitate recepta, filius iure exheredari poterit: vel si in ipso furore parens decesserit intestatus; aut mutato testa-

mento, quod ante furorem fecerat, in quo filium, aut extraneum heredem scripserat, qui postmodum testatorem furore correptum non procurauit; haereditatem legitimo, vel testamentario hereditas, quasi indigno, auferitur; & non filico, sed extraneo applicatur, si quis sit, qui pietate vel misericordia motus, testato furioso istius curam susceperit. dicit Nouell. 115. cap. 3. §. 12. & Authent. liberi furiosi. Cod. de Episcop. audient. Cuiac. ad Nouell. 18. post medium.

38 Decimateria causa est: si liberi patrem captiuum non redemerint. d. Nouell. 115. cap. 3. §. 13. Captiuum hic intelligitur ab hostibus. Etenim liberi, qui patrem captiuum ab hostibus non redimunt, ab eo post liminio reuerso exheredari iuste possunt; vel si parens apud hostes decesserit, hereditas liberis, imò generaliter legitimis omnibus, vel testamentarijs heredibus, si forte ante captiuitatem testamentum fecerit, quod lege Cornelia confirmatur eo mortuo ante apud hostes: his, inquam, omnibus, si negligentes fuerint in redimendo captiuo, hereditas auferitur quasi indignis, & Ecclesiae, non filco, applicatur; ea conditione, vt quicquid exhereditate peruenerit, in redemptionem captiuorum infundatur: vt, vnde ille a suis non est redemptus, aliorum redemptionis procuretur; & ita pena quodammodo aequalitas, siue proportio seruetur. Ac sane adeo hic liberandi parentis captiuo fauor procedit; vt minores 25. annis, maiores tamen octodecim, possint in hunc finem mutuo accipere pecuniam, resque suas proprias, vel parentis quoque mobiles, aut immobiles, etiam absque decreto pignori obligare. Et contractus huiusmodi, ac si a persona sua potestatis, & legitime aetatis facti fuerint, firmi reputantur; nec vllum praedictum inde generabitur ius, qui cum his contraxerunt. Et pater postliminio reuersus, hos filij sui, suo nomine celebratos contractus, ratos habere tenetur, eisque tanquam suis debitis obligatur. dicit Nouell. 115. cap. 3. §. 13. & Authent. si captiuo alicuius inde sumpta, C. de epis. & cler. Cuiac. ad d. Nouell. 18. post medium.

Decimaquarta, & vltima exheredationis liberorum causa est: si liberi fuerint haeretici, pater vero catholicus d. Nouell. 115. c. 3. §. si quis de praedictis 14. & Authent. idem est de Nestorianis. inde excerpta. C. de haeret. & manich. Et generaliter constitutum est; ne liberi haeretici villo modo patri succedant: & si fortasse liberi non sint Christiani, vt succedant agnati Christiani, & post hos filco. l. cognouimus. 19. C. de haeret. Nouell. 118. c. vlt. Harprec.

ubi enumerantur cause. ] Etiam de istis causis habetur, & per glossam in cap. quinta uallis, de iureiur. quae quidem causa omnes procedunt inuito filio; vt per Iaf. qui alios concord. citat in l. non licet, col. fin. ff. de liber. praeter. Eteconuerso septem causas ingratitudinis, ob quas potest filius parentes exheredare, similiter vide per Iaf. in additio. ad Porc. in l. 1. in fin. Instit. de exher. liber. Verum aduerte, quod reuocatur ingratitudo praecedens per subsequentem notabilem gratitudinem; ita vt amplius exheredationi haud est locus; per Iafon in leg. ex hoc iure numero 70. ff. de iur. Giach.

3 Nunquid filius possit tantum propter illas XIV. causas, vel aliquam earum exheredari. ] Exheredationem tamen ob causas similes, siue aequae graues, vel grauiore ijs, quae in praedicta Nouell. 115. cap. 3. enumeratae sunt; fieri posse, vltura Clarum nostrum; & ab eo hic allegatos, tenent Angelus in l. lex Cornelia 5. ff. de iniur. Couar. in cap. Raynuius 16. in principio num. 16. extr. de testam. Antonius Gomez. tom. 1. variar. resolut. cap. 11. num. 12. Emanuel a Costa in l. Gallus 29. §. & quid, si tantum 5. parte tertia, numero 175. ff. de liber. & posthum. haeredit. instit. Fernandus Vasquius libro secundo, de successione progressi §. 17. num. 101. Emanuel Soares in thesaur. recept. sentent. littera E, num. 205. Vituus lib. 1. opin. 128. Cassan. ad consuetud. Burgund. titulus de successione, rubr. non possunt exheredare, §. vers. sed quare, &c. Laurentius Kirchov. in thesaur. commun. opin. in verb. exheredari liberi poss. Petrus Surd. in tractatus de alimentar. quaest.